

quæ Pissasphaltos appellatur. Ea ē montibus Cerauniis estuantis fluminis impetu deuoluitur, & in litus expuitur: illic in glebas coacta mistam bitumini picem redolet.

De Naphtha. CAP. CI.

Naphtha quoque vocatur bituminis Babylonij colamen colore candidum: inuenitur etiam nigrum. Vim obtinet ignis rapacem, adeo ut etiam ē longinquo illum concipiatur. Ad suffusiones oculorum & albugines est efficax. Porrò bitumen omne vim habet inflammationes arcendi, glutinandi, discutiendi atque etiam molliendi, ad vulnē strangulationes & procidentias efficacem, seu appositum, seu olfatum, seu etiam suffumigatum. Quin & comitiali morbo labrantes, veluti gagates lapis, suffit prodit. Cum vino & castorio potum menses elicit. Tussi veteri, anhelationi spirandique difficultati auxilio est: serpentum quoque moribus, atque coxendicum laterisque doloribus medetur. Cœliacis etiam catapotij instar deglutiēdum exhibetur: & grumos sanguinis soluit, cum aceto potum. Dysentericis itidem cum pissana liquatum infunditur, distillationibus suffitione medetur, dentium dolores circumlitum mitigat. Cæterum quod siccum est, specillo impositum calfactumque pilos agglutinat. Cum hordeacea

deacea autem farina , cera ac nitro adhibi-
tum, podagricos , arthriticos atque lethar-
gicos iuuat. At verò Pissasphaltos eadem
quæ pix & bitumen , si ambo hæc fuerint
permixta, poteſt.

De Cupresso. CAP. CIR.

CUPRESSVS aſtrigit & refrigerat. E-
ius folia ex paſſo & myrrha pauca epo-
ta, veſicæ fluxione tentatae ac vrinæ diſſicul-
tatibus auxiliantur. Pilulae autem contuſe
& ex vino bilitæ, ad ſanguinis reiectionem,
dysenteriam, alui fluxionem, orthopnœam
atque tuſſim, conueniunt. Quin & earum
decoctum, idem præſtat. Cum fico tuſæ, du-
ritias etiam emolliunt, nariūmque polypis
medentur. Ex aceto etiamnum decocta &
cum lupinis trita, ſeabros vngues detra-
hunt: ramices quoque intestinorum adhi-
bitæ reprimunt. Folia iſdem pollent viri-
bus. Sed & pilulae cum arboris coma ſuffitæ,
culices fugare exiftimantur. Folia verò trita
& imposta, vulnera glutinant, ſanguinem
que ſupprimunt: cum aceto etiam trita, ca-
pillos ringunt. Porro tum per ſe, tum etiam
cum polenta illinuntur ad eryſipelata, her-
petas, carbunculos & oculorum inflamma-
tiones. Cerato verò mixta & admota, ven-
triculum roborant.

F. iiiij.

De Juniper. CAP. CIII.

JUNIPERVS quædam maior est, minor altera. Vtraque acris est, extenuat, vrinas ciet, excalfacit, accensaqué serpentes fugati. Vnius fructus nuncis Ponticæ magnitudine reperitur: alterius verò, fabam æquat, at rotundus est, odoratus, dulcis in mandendo ac subamarus, at & euthis, id est, iuniperi bacca dictus. Moderate calfacit & astringit, stomacho utilis. Potus, ad pectoris vitia, tusses, inflationes, tormenta virulentarumque bestiarum venena, confert. Vrinas quoq; ciet: vnde & conuulsis, & ruptis, vuluæque strangulati subuenit.

De Sabina. CAP. CIVIT.

SABINAM nonnulli barathrum appellant: cuius duo sunt genera. Vnum foliis quidem est cupresso simile, at spinosius, graueolens, acre ac furentis naturæ. Curta est arbor, ac sese magis in latitudinem fundit: foliis quidam ad suffitus vtuntur. Alterum genus est folio tamarici simile. Vtriusque folia nomas compescunt, & phlegmonas adhibita mitigant: nigritias & sordes cum melle inducta repurgant, carbunculosque circumquaque rumpunt. Cum vino autem pota, sanguinem per vrinas educunt & partus expellunt: id ipsum tum appositu, tum etiam suffitu præstant. Calfactoriis etiam vnguentis,

guentis, ac priuatim gleucino, immiscen-
tur.

De Cedro. C A P . C V .

CEDRVS arbor magna est, ex qua cedria
dicta colligitur. Fructum profert uti cu-
pressus, at multo grandiorem. Dicitur & al-
tera cedrus, eaque parua, spinosa iuniperi
modo, fructum ferens myrti baccharum ma-
gnitudine, rotundum. Cedria vero laudatissi-
ma est, crassa, perlucida, grauis odoris: quæ
dum effunditur, in guttas coit, minimèque
diffunditur. Vim ea obtinet viuentium
quidem corporum corruptricem, defuncto-
rum vero cōseruaticem: qua ex causa qui-
dam mortui vitam appellauerunt. Veste
quoque & pelle corrumptit, eò quod vehe-
mentius calfaciat & siccat. Oculariis porro
medicamentis accommodatur: quippe quæ
inuncta oculis claritatem conciliet, eorun-
démque albugines ac cicatrices detergeat.
Cum acetō instillata, vermes aurium necat:
& cum hyssopi decocto infusa, sonitus sibi-
losque sedat. Erosorum dentium cauis in-
dita, eos quidem frangit, at dolores leuat: i-
dem quoque facit, si ex acetō colluatur. Ge-
nitali ante coitum circumlita, conceptionē
impedit. Anginosi quoque ea perunguntur:
quin & tonsillarum inflammationibus au-
xilio est. Pediculos ac lentes illitu enecat:

cerastæ morsibus cum sale adhibita subuenit. Contra hausta leporis marini venena in passo sumpta auxiliatur. Iuuat & elephanticos. Linetu aut perunctione pulmonis vlecia purgat: &, si cyathi mensura sorbeatur, persanat. Tum vermes alios, tum & ascariadas infusa necat, & partus extrahit. Fit & ex ea oleum quod à cedria separatur, velleribus interea dum coquitur supra eam expansis, ut de pice dictum est: ad eadem omnia, ad quæ cedria vtile. Priuatim tamen oleum viriliter perunctum, scabiem quadrupedum, canum boümque persanat: iis inhærentes ricinos admotum enecat, & vlcera ex tonsura oborta ad cicatricem perducit. Fuligo ipsius quo modo è pice colligenda, iisdem quibus illa viribus prædita. Cedrides porrò cedri fructus appellantur. Calfactoriam vim habent & stomacho aduersantur: tuisi vero, conuulsis, ruptis & stranguriæ, auxiliantur. Ex trito pipere poti, menstrua ciunt, & contra haustum leporei marinum in vino sumuntur. Fugantur & serpentes, iis peruncto corpore ex cerui adipe aut medulla: denique in antidota quoque adduntur.

De Lanro. C A P . C V I .

LAVRVS quedam est tenui folio, altera latiore. Vtraque excalfactoriam emollientemque naturam haber. Itaque decoctum

Etum ex his, infestu vuluæ ac vesicæ vitiis conuenit. Virentia folia aliquantulum astringunt: trita & illita, vesparum apumque iictibus opitulantur. Eadem adhibita cum polenta & pane, ad inflammationem quamlibet leniendam valent. Pota verò, stomachum grauant & vomitiones mouent. Porro lauri bacca magis quam folia calfaciunt. Proinde in eclegmate tritæ cum melle aut passo, prosumt tabi, orthopœæ ac thoracis rheumatismis. Contra scorpionum ietus ex vino bibuntur, & vitiligines emaculant. Expressus ex iis succus aurium doloribus auditusque grauitati auxiliatur, cum vino vetero & rojaceo instillatus. Inseritur & a copis & vnguentis, tum calfaciendi, tum etiam discutiendi vi præditis. Cæterum cortex radicis calculos rumpit, partus necat, & hepaticis prodest, tribus obolis in vino odorato potus.

De Platano. CAP. CVII.

TENERIMA Platani folia in vino decocta, mox illita, oculorum fluxiones fistunt, ac tum cedemata tum phlegmonas leuant. Cortex in acetō coctus, ad dentium dolores colluitur. Pilulae verò virides in vino potæ, serpentium morsibus auxiliantur: exceptæ autem atipe, igni ambusta sanant. Cæterum foliorum pilularumque

lanugo [in aures & oculos] illapsa auditum
visumque labefactat.

De Fraxino. CAP. CVIII.

FRAXINVS arbor nota est: cuius folio-
rum succus & ea ipsa tum in vino pota,
tum etiam imposita, viperarum morsibus
opitulantur. Cortex vstus & ex aqua illitus,
lepras remouet. Ligni ramenta pota, lethalia
perhibentur.

De Populo alba. CAP. CIX.

POPLI albæ cortex vnciae vnius pon-
dere potus, ischiadicis & stranguriæ
prodest. Traditur & conceptum adimere, si
cum mulino ḥene bibatur. Sed & folia post
purgationes cum vino pota, idem præstare
dicuntur. Tepidus quoque foliorum succus
aurium doloribus utiliter instillatur. Pilulae
vero, quæ primo foliorum germinatu erum
punt, tritæ & cum melle illitæ, oculorum
hebetudini medentur. Nec desunt qui me-
moriæ prodiderint, tum albæ tum etiam ni-
græ populi corticem in tenuia frusta conci-
fum, ac stercoratis areolis sparsum & quasi
saturni, quavis anni tempestate fungos edu-
les proferre.

De Macere. CAP. CX.

MACER cortex est è Barbaria aduelhi
solitus, subflavus, crassus & gustu per
quam astringens. Bibitur is ad cruentas ex-
creationes,

creationes, dysenterias & alui fluxiones.

De Vlmo. CAP. CXI.

VLMI & folia & rami & ipse cortex a-stringendi vim habent. Folia trita ex aceto, ad lepram efficaciter illinuntur, & vulnera glutinant: multò verò magis cortex si falciae loco circumvoluatur: est enim lori in modum flexilis. Crassior autem cortex in vino aut aqua frigida vnciae pondere potus, pituitam educit. Quin & decoctum foliorum aut corticis radicumve, ossibus fractis si fotus gratia perfundatur, ea celestius obducto callo solidat. Humor autem qui in folliculis prima germinis eruptione reperitur, faciei illitus, cuti nitorem inducit. Ille idem dum exiccatur, in animalcula culicibus similia resoluitur. Cæterum recentia folia ad opsonia olerum more usurpan-tur.

De lignorum Carie. CAP. CXII.

Quæ verò caries ex veteribus lignis & caudicibus veluti farina colligitur, imposita ulceribus, ea repurgat & ad cicatricem perducit. Eadem serpentia cohibet, cum pari aniso & vino subacta, itidemque trita, lin-teis indita & inspersa.

De Populo nigra. CAP. CXIII.

POPVLI nigrae folia ex aceto imposita, podagrīcīs doloribus auxiliantur: quæ